

L.

INCIPIT LIBER · QVARTVS · DE MEDICINA ·



EDICINA · EST · QVE · CORPO  
RIS · VEL · TVETVR · VEL · RE  
STAVERAT · SALVTEM · CVIVS  
materia versatur in morbis et vulneribus  
Ad hanc itaq; pertinent non ea tantu que  
ars eorum exhibet qui proprie medici no  
minantur · sed etiā cibus & potus · tegmen & tegimen · Defensio  
deniq; omis atq; munitio · qua sanum corpus nostru aduersus  
externos ictus casusq; seruat **¶ De Nomine medicine ¶ Ca. ii**

**A**men autem medicina a modo id est temperamento  
impositum estimatur · ut no satis · sed paulatim adhuc  
beat Nam in multo contrastatur natura · mediocriter  
autē gaudet. Vnde & qui pigmenta et antidota satis vel assidue  
biberint vexantur. Immoderatio enim omnis non salutem sed  
periculum affert **¶ De Inuentoribus eius ¶ Ca. iii**

Apollo .

Esculapius .

Hippocrates .

**M**edicine autem artis auctor ac repertor apud grecos  
perhibet appollo. Hanc filius eius esculapius laude  
vel opere ampliavit · sed postqm fulminis ictu escula  
pius interit · interdicta fertur medendi cura · & ars simul cum  
auctore perit · latuitq; per annos pene quingentos · usq; ad tem  
pus artarxerxis regis persarum. Tunc eam reuocauit ad lucem  
ipocrates asclepio patre genitus in insula chou.

**¶ De Tribus heresibus medicorum ¶ Ca. iii.**

**H**Itaq; tres viri totide hereses intueruntur. Prima meto  
dica inuenta est ab appolline · que remedia sectatur et  
carmina. Secunda empherica id est experientissima  
inuenta est ab esculapio · que non indicorum signis · sed solis co  
stat experimentis. Tercia logica id est rationalis inuenta ab ipo  
crate. Iste enim discussis etatum · regionum · vel infirmitatu qua  
litatibus · artis curam rationabiliter prescrutatus est. Emperici  
enim experientiam solam sectantur. Logici experientie ratione  
aduungunt. Metodici nec elementorum rationem obseruat · nec  
tempora · nec etates · nec causas · sed solas morborum substantias.

**¶ De Quatuor humoribus ¶ Ca. v.**

**S**anitas est integritas corporis · & temperantia nature  
ex calido & humido · quod ē sanguis · vnde & sanitas